

Joachim Just Breithaupt


Programma Inaugurale : Rectore Regiæ Fridericianæ Magnificentissimo ... Ex Collegii Theologici Decreto, Ejusdem h. t. Pro-Decanus Joach. Justus Breithaupt ... Ad Disputationem Inauguralem proxime in Auditorio Academ. sustinendam A ... Dn. Henrico Lysio, designato S. Theolog. Profess. Extraordin. in Acad. Reg. Regiomont. Auditores Omnium Ordinum solenniter invitat. P. P. d. XXVIII. Octobr. a. M DCC II.

[Erscheinungsort nicht ermittelbar]: [Verlag nicht ermittelbar], [1702?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876281161>

Druck Freier  Zugang





a. B.
48. 6. 8. 11. 68#

1. Breithauptii *Disertal: I. de Perfectione Partium*

Ejurdem *observat: Theologicus de Haeresi
disert: de Incrementis in Doro et Nalo
in unguentis Lichtscheidii.
de Heresi Pelagianismi.*

*Animadversiones selectae ex Actibus probatissimis ad denuo
quorundam opinionum in ecclesia refutandas.*

*Exercitatio exegetica in Epistolam S. Pauli in Titum.
de vera Dei verum Sacramta Notitia*

2. Antonii *Exercitatio Theologica de Redemptione Christi per Lytron.*

Ejurdem *Meditatio Theologica de communicatione divina propagatione
religionis christiana sub cruce.*

3. Breithauptii *ἑποτάτωρις ἱσχυρόντων λόγων S: Forma Sanctorum
Ejurdem disertal: de concubitu a Christo verborum.
et Apophtis prohibito.*

Disertatio II de Perfectione Partium.

*Observationum Theologicarum ex Conventibus B. Lutheri in
Galatas Exercitationes X.*

*Disertatio Syncretica Adami primi et Secundi
ex dicto 2 Cor: 7. 21. exhibens. in unguentis
Observationes Theologicae de Imagine Dei
de Notis candidiorum S. Menipervi
de Nexu communicationis nostrae cum Deo
in unguentis Zieroldi.*

de Angelis in Matth: XVIII. 10. in unguentis Bayeri

*de Myserio unionis fidelium cum Deo et Christo
in unguentis.*

de precum christianaum veritate

de Vocatione primaria et secundaria

de Vita Christi in fidelibus in galat: 11. 20.

*Περί τοῦ τῆς νεότητος προσηγορίας S: de Ado,
ptionis spiritu. in unguentis Meuseri.*

176
Fa-1092(68)

Breitkampff Animadvagationes exerecive dogmatico-practice
in Epistolam S. Pauli ad Galatas.
de Indis Theologicis, in argumentis Lyfii.
Animadvagationes exerecive dogmatico-practice
in Epistolam S. Pauli ad Philippienses.
Antonii Trubatus Theologicus de Natura et gratia in Materia
de virtutibus.
Observationes Theologicæ de conversione Samaritanorum
ad christianismum ex Joh: 19.
de infirmi harmonia fidei, que justificat et quatenus
justificata dicitur ex libris Symbolicis.
de Superstitione jacobini pontificii impium Bullæ novissime
Innocentii XII. in argumentis de Lith.
Trubatus theologicus - Metaphis de genuino principio
christianismum christianorum.
Scribitur historico - theologicus in varia Rationalismi
et Rationalismi capita.
de Estimazione rationis humane theologicæ.
de Libertate christiana Aphorismi Evangelicæ
de Pathos Lutheri Animadvagationes historico - theologicæ
advocatus Cardinal: Pallavicinum et alios historiographos.
de odio poenitentiæ.
Prologum Repetivum Joh: Theol: S. Chemnitii
de Ostra Mali hujus profundissimi in homine recessibus
Aphorismi theologicæ.
Speculegium historico - ecclesiasticum ex Prefat: S. Lutheri
in libros veter: Testamenti.
Consideratio theologicæ contritionis salutariæ.
de Autoritate Ecclesiæ, qua Mater est, positiones
theologicæ ex Joh: 11. 2.
Dissertatio de qualitate fundamentorum.
Bona Meditationum biblicarum, una de Immanuele
Joh: Math: 1. 18. altera de "Iakovus Iden"
libris confitentis constituta ex Joh: 11. 2.
Exercitio historico - theologicæ de vita Harmonis
Epistropi Huldbradiensis.

Verte

Antonii Dissertatio de Spiritu Modestationis occasione
dicti 2 Timoth: 1. 7.

veritas christianae Religionis ipsis iudicium
obstructionibus confirmata expeditur.

Breithaupti Theses Theologicae de Myseris concis
et utraque epistola ad Corinth: potissima derivatur

Antonii de *quodam* fidelium

I. N. 7. C.

PROGRAMMA INAUGURALE.

RECTORE REGIÆ FRIDERICIANÆ MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,

REGNI BORUSSICI ET ELECTORATUS BRANDENB. HÆREDE, &c. &c.

EX COLLEGII THEOLOGICI DECRETO,

Ejusdem h. t. PRO-DECANUS

JOACH. JUSTUS BREITHAUPT,

S. Th. D. P. P. Sem. Theol. Director,
Consil. Consist. Duc. Magd.

Ad CONCIONEM DOCTIMASTICAM in Æde Scholastica cras hor. IX. habendam,

Nec non

AD DISPUTATIONEM INAUGURALEM proxime in Auditorio Academ. sustinendam

A

VIRO PLURIMUM REVERENDO AC CLARISSIMO,

DN. HENRICO LYSIO,

designato S. Theolog. Profesf. Extraordin.
in Acad. Reg. Regiomont.

AUDITORES OMNIUM ORDINUM
solemniter invitat.

P. P. d. XXVIII. Octobr. a. MDCCII.

PROGRAMMA IN ARITHMETICA

RECHNEBÜCHER

DE ARITHMETICA

RECHNEBÜCHER

RECHNEBÜCHER

RECHNEBÜCHER

RECHNEBÜCHER

RECHNEBÜCHER

RECHNEBÜCHER

RECHNEBÜCHER

RECHNEBÜCHER



I. N. 7. A.



Methodum Theologici studii quærentes in Scripturis sanctissimis, eam præsertim in *Epistola Pauli ad Romanos* haud perperam videntur observare; quam propterea *Theologie Compendium* appellare solent. Beata secula Christiani orbis primæva, quibus nullum aliud *Systema doctrinæ Christianæ* optatum est! quod enim *Symbolum Apostolicum* accersit, articulorum fidei indicem magis, quam tractationem refert. A seculo tertio ingenia operosiore aggredi curam cæperunt, duce omnium *Origene*. Hic libris IV. *περὶ ἀρχῶν* Religionis principia congescit, *primus*, qui *summam doctrinæ Christianæ* scripto exposuit, et si forte rem majore industria & studio, quam felicitate & successu fecerit: id quod iudicium de eo est *Georg. Calixti*, in Apparatu Theologico. Illum mox secutus *Lactantius*, divinarum Institutionum libros VII. Ecclesiæ tradens. Sed propius ab Origenis instituto abesse censentur, quæ sec. V. & VI. prodire hanc in rem scripta; *Augustini*, *Enchiridion*; *Gennadii*, Presbyteri Masfilienfis, de *dogmatibus Ecclesiasticis*; & *Fulgentii* Carthagenensis, de *Fide*. Quæ quidem tria, cum Origenis illo primo quatuor dicuntur *Compendia Theologiæ Patrum*. Tandem sec. IIX. *Joh. Damascenus*, libris IV. de *Fide Orthodoxa*, adhuc amplius atque accuratius disciplinæ in formam redegit Theologiam: unde, ipsi *Bellarminus*, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, hanc tribuit laudem; quod is *primus universam Theologiam recto ordine*

a 2

com.

comprehenderit. Infelicioꝛ deinde fuit *Sententiarum Magister*, Petrus Lombardus, Episcopus Parisiensis; qui mente quidem non mala, ex Augustino aliisque Patribus sententias collegit dogmaticas, atque ex his libros IV. construxit, Antiquitatis nomiae commendatos. At vero cum id magna cum Viri gloria inter homines Seculi XII. factum esset, temporibus trium seculorum XIII. XIV. XV. consecutus abusus ejus tantus emerfit, ut humanæ auctoritatis cæno obducerentur omnia; Scholasticis Doctoribus in sententias Lombardicas sine fine, sed non sine errore multo, commentantibus, ipsiusque verbi Dei exigua, vel nullam facientibus mentionem. Denique Scripturarum luce per B. Lutherum sec. XVI. denuo accensa, Philippus Melancthon meliores *Locos Theologicos* bono cum Deo condidit, ipsosque unus Chemnitius illustravit rectissime. Accesserunt Gerhardi commentaria, & Syntagmata aliorum haud contemnenda: ad quæ, tanquam insignis corona, jure ac merito refertur, B. Joh. Musæi *Introductio*, quæ ad talia digerenda exquisitissimum introitum subministrat. In his ergo, ultima hac ætate, cognitionum, ad doctrinam Theologicam spectantium, methodum invenimus; modo, quæ Scholasticorum dementia erat, scripturæ ipsæ divinæ haud iterum postponantur, sed præsidium suum ipso exercitio apud omnes tueri possint.

Aliter quoque dictionem Methodi in Scholis Theologi usurpant, non modo partem illam, in doctrina dogmatum, instruenda sitam, respicientes, verum totius studii Theologici, quoad partes omnes, idoneum tractandi modum, hujusque subsidia & instrumenta. Nec desunt, qui superioribus seculis ejusmodi *Introductiones*, in Theologiam universam conscriptas, ediderunt. Notissima sunt ejus generis opuscula sequentia: Hieronymi Welleri ratio formandi studii Theol. (cujus viri opera quod Lipsiæ in lucem nunc reducta sint, magno Ecclesiæ commodo factum prædicamus) Chytræi, Oslandri, Berckelmanni, Gerhardi, Calixti, Calovii, Hülfemanni, Olearii, Dilberii, Eckardi, aliorumque. Sunt etiam, qui non singula prosequuntur, sed circa eam rem observationes & monita, partim

partim generalia, partim specialiora, juventutis bono obtulerunt. Inter hos jam comparet auctor *Disputationis Inauguralis Theologicae*, quam, super eo argumento exaratam, hodie commendamus; Vir Pl. Rever. & Clariss. HENRICUS LYSIUS, auctoritate Regia longe clementissima designatus S. Th. Prof. Extraordinarius in Universit. Regiomontana, jamque apud nos Doctorandus dignissimus: cujus natales ac studiorum fata paucis enarrare, pietas & consuetudo imperant. Natus est Flensburgi a. MDC.LXX. d. XXIV. Octobr. Patre, Maxime Reverendo Amplissimoque Viro, JOHANNE LYSIO, in Ducatu Slesvicensi Consistorii superioris Assessore, Præposito & Pastore Primario Flensburgensi; orta ex antiqua Lysiorum, Medicorum Flensburgensium, & proavorum Hamburgensium familia, ac Beyerorum illorum, qui descendunt a D. Christiano BEYER, gloriosissimi Electoris Saxonæ Vice-Cancellario Dresdensi, cui an. 1530. in comitiis Augustanis partes delatæ sunt, præsentibus Carolo V. Cæsare, Fratris ipsius Rege Ferdinando, Electoribus, Principibusque atque Ordinibus Imperii reliquis, Fidei nostræ Confessionem publice recitandi; id quod ille modo tam lætabili, distincte, tarde, & voce adeo sonora præstitit, ut non solum in Palatio isto, verum etiam in area inferiore vicinisque locis audiretur. Mater Lysii nostri fuit BRIGITTA, prognata ex stirpe Laurentiorum & Langiorum, quæ utraque apud Flensburgenses a multis retro annis consularis fuit, vetustissima. Parentis utriusque voto, antequam is conciperetur, studiis destinatus est Theologicis, & post nativitatem a Patre ferventissimis precibus eundem in finem Deo oblatum, testante id Bibliorum paternorum autographo. In Scholis gaudebat in primis Hospite ac Præceptore Viro Clarissimo, HEINRICO MASIO, Con-Rectore Scholæ primo Flensburgensis, deinde Schlesvicensis, nunc Rectore Suerinensi, fidelissimo: cui, ut se plurimum debere agnoscit, ita jam optimæ Conjugis (quæ ipsum habebat instar filii adolescentem, & meritissimi Theologi Kiloniensis, B. D. KORTHOLTI soror erat) obitum, lugenti, a DEO gratiam solatii atque omnis remunerationis plenissimam precatur. Antequam mitteretur in Academias,

non modo humaniores litteras excoluit, verum etiam Catechisin Dieterici, cum Seberi hortulo Biblico, memoriae mandabat; Logicæ artem disputando, Rhetoricam exercuit perorando; Græcæ idem & Hebraicæ linguæ firmiora hausit elementa, quam vulgo fieri solet, jam tum nec Chaldaicæ ac Syriacæ ignarus. Quo tanquam armaturæ levioris genere instructus, A. MDCXXCVII. m. Apr. Jenam adiit, ibique præter alia, celeberrimi tum Philosophi, nunc Theologi Helmstadiensis, JO. ANDR. SCHMIDII, STURMIQUE Altdorffensis, Philosophiam impiger amplexus est. Ita exactis aliquot annis, Lipsiam delatus, Aristotelicam quoque & Logicam & Metaphysicam tractavit, quotidianis tum lectionibus audiendis, tum disputationibus subeundis, sese exercens sub Clarissimo FRIDERICI. Magisterii Gradum, quem vocant, oblatum sapius, suis de rationibus haud consultum duxit recipere. In Theologicis potissimum audiit Ven. D. OLEARIUM, legentem in Systema Scherzerianum. Denique in patriam rediit, per aliquod tempus Bibliotheca optimi Parentis locupletissima usus in omni Theologiæ parte, ex cathedra Ecclesiastica sermones ad populum habere consuevit. At vero ut studium Ecclesiasticum & Polemicum prosequeretur amplius, Regiomontanam in Academiam se contulit, B. D. DREIERI convictor & auditor assiduus; quem audiit in Dietericianam Catechisin, ipsiusque Disputationibus contra Pontificios id temporis perpetuus vel Respondens vel Opponentes interfuit, in Bellarmini aliorumque Adversariorum lectionem ac refutationem maxime incumbens; PFEIFERI etiam Collegio Dogmatum Ecclesiasticorum vacans. Theologiam Homileticam a Ven. D. SANDIO publice accepit, adhibitis quoque privatis lectionibus Clar. KUNSTMANNI. Iterum sic annis pluribus transactis, ad Suos reversus, iter in Academiam Hassniensem fecit. Unde in patriam redeunti partes impostæ sunt, Patris senescentis concionibus sublevandis laborem impertiendi: qua occasione, cum ei prima vice dicendum esset de Regeneratione, Deus ipsum tentationum variarum interiorum exercitio dignatus est, trahens dilectam animam ad rationem sui juxta verbum cœleste investigandam penitus.


Fate-


Fatetur enim, utut multa legerit, tamen secundum ortho-
doxam hypothesin contra Pontificios, qua urgemus, quem-
vis salutis suæ certiolem fieri posse ac debere, cum hasitatio-
nem de adultorum regeneratione, tot lapsus deperdita,
sentiret, instar teli acutissimi animum suum sine intermissione
illa feriisse verba: **NON POTEST INTROIRE IN REGNUM
COELORUM.** Quod quidem vulnus tam benigne & immi-
sit & curavit Pater Miserationum, ut inter gravissimos agones,
sine quibus veram fidem firmari negat Apologia August. Con-
fess. eo certior magis magisque secuta sit victoria, orationis &
meditationis exercitationibus deinceps roborata fidelissime.
Quo in statu, post Scripturam Sacram ipsam, B. Joh. Arndii scri-
pta sibi quam maxime profuisse, gratus prædicat. Atque hac
ratione, non aliis modo verbum Dei proponens, sed ad illud
ante omnia se ipsum applicans, dies illos omnium felicissime
posuit domi. Postea mox accidit, ut, de Academia Fride-
riciana hac nostra dedicanda, rumor in Holsatiam penetra-
ret. Quo & ipse excitatus, huc etiam venit tandem, meam-
que mensam & consuetudinem usurpavit, nec non Optimi
Collegæ FRANCKII Lectiones, Conciones ac consilia. In-
terea desideratissimus Parens, ipso dedicationis Academicæ
Hallensis die, beatam mortem obiit, & Ecclesiæ patriæ primores
quam plurimi relictum hunc Filium successioni destinarunt.
Cum autem ipse hinc vicinas Academias, virosq; celebriores
invisere, per unam atq; alteram hebdomada instituisset, litteræ
domum vocantes, paternumq; offerentes munus, hic eum haud
invenerunt; sed frustra mirifico sunt errore in aliquot loca
transmissæ, ex quibus alio discesserat. Ita factum, ut fato non ob-
scuro adhuc retraheretur a Ministerio; quod interim delatum
alteri est, de quo suavissimo suo amico, eum in locum substituto
& Patriæ & sibi gratulatur. Nihilominus ad suos, pietatis causa,
redit, neque Ecclesiæ officia subduxit sua. Sequentes dehinc
annos in voluntate divina acquiescens, ex aperta Numinis pro-
videntia faustissimum subiit conjugium, atque ita bene latere
& bene vivere, studiisque ac rebus consulere privatis maluit,
quam munera Ecclesiæ, iudicio horrendo obnoxia, temere
infe-


infectari. Ast quæ admiranda sunt DEI vestigia, præter opinionem nuper evenit, ut Berolinum invitatus, ubi ejus Frater natus minor de Ecclesia meretur præclare, à summis æque ac justis rerum æstimatoribus Regi nostro longe clementissimo vir, pro singulari suo merito, commendaretur, atque exereretur simul ad dirigendam Scholam illustrem, quæ ex munificencia Regia Regiomonti modo condita est. Uti tamen virtutes ipsius eo amplioem sortirentur campum, in quo, tanquam frugifera arbores, sese exferent; SS. Regia Majestas officium quoque Professoris Theologi Extraordinarii, in Academia Regiomontana, præcipue colendum ipsi demandavit. Requirebat hæc conditio, ut Doctoris Theologi dignitatem præ se ferret. Jussus igitur, modeste a Collegio nostro istam impetrare, & die hujus mensis XX. admisus ad tentandam eruditionem, quæ jam antea non parum nobis explorata erat; ita promte & tali cum judicio de propositis doctrinæ Theologicæ partibus respondit, ut Collegii decreto patefactus ei sit aditus ad præstanda specimina publica. Habuit proinde d. XXV. & XXVII. in publico Auditorio Academico *Lectio- nes Cursorias*, super ad Ebræos cap. I. v. 1. 2. 3. jamque id eo est, ut crastina luce, quæ Domin. p. F. Trinit. XX. erit, pro more Concionem habeat hor. antemerid. IX. in Æde Scholastica: proximis diebus etiam Disputationem illam solennem, de **STUDIO THEOLOGICO** doctè concinnatam, publico examini submissurus. Ad quem utrumque actum Academicum, consentiente Magnifico Pro-Rectore, Proceres omnium ordinum, Professores Civesque Academicos, Illustrissimos, Illustres, Amplissimos ac Nobilissimos, officiose atque amanter invito, gratiæ divinæ commendans omnia.

P. P. in Academia Regia Fridericiana d. XXVIII.

Octobr. A. MDCCII.







the scale towards document

25

Oni Prof. Langii Rechte Mittelstrasse T. i. P. i. in
hanc materiam deduxit.

§. XXIX.

set, si quis vellet statuere, vnanimitatem spi-
oque particulari coetu, certis locis, certis re-
tis doctrinae formulis, certis ritibus & cere-
praecise circumscriptam; quippe quousque
sti patet, iam vero haec per vniuersum terra-
diffusa est, eo vsque etiam caeteris paribus fe-
tus vnitas. Fideles enim, qui de euangelio
habent eundem Christum, eundem spiritum
dem sacramenta, siue habeant easdem traditio-
sue dissimiles sparsi sunt per totum orbem LL

§. XXX.

etiam committit, si quis dicat: vnanimita-
apud illos quoque locum habere, qui quali-
ederent, Christum esse filium DEI, nobis-
vitae pie & sancte instituendae dedisse, quod
etur, vnionis sanctorum membrum existere
licet sanctissimo Christi sanguine, seu lytro
m conscientia nostra ab ira diuina liberari,
am Deo redire possit. Item, si quis aliquas sal-
Christianae partes, non vero in toto complexu
e adeo oeconomiam salutis diuinam amplexus
concordiae sic etiam membrum esse, minime
a. Momenta quaedam *deborolias* circa articulum
e reperiis in Dn. Praedidis mei diss. de *harmonia*
45. 50. 51.

§. XXXI.

etiam haud leui versatur, qui pietati tantum &
ianae studendum esse putat, vt, qui concordiae
tes esse cupiant, quomodocunq; etiam se res
dendis & doctrina Christiana. Ita non minus

D

taili-